



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 7. Facies adulteræ monstrosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

me, & crassamento spissiore quam nebula, te- pocrat.
nuiore quam nubes, oculicicatricula à super- Prohret.
ficiaria exsuperantia contracta, & totum fe- com. 2.
re oculi nigrum comprehendens, colorisq; cæ- num. II.
rulei. Quamobrem Arator ita rem descri-
bit:

tunc nubila vultum
Ceruleis fixere notis, & pectoris atri
Venit in ora color.

Quid ni & in aures? aures atro sanguine bullientes. Quid aliud Malchus meruit, **Luc. 22.**
quam mutilari? iam enim antea integer non erat, qui venerat ad capiendum Chri-
stum innocentem. **Quis scit quæ caussa Crom.**
fuerit, ob quam, circa annum 1240. tan- lib. 8.
ta à Tartaris Polonorum strages ederetur,
vt auriculis præcisus Tartari nouem ingen-
tes facos expléuerint? Multa audiendo
peccata perpetrantur. Denique

Auriculas asini quis non habet?

§. VII.

Facies adulteræ monstrosa.

Non oculos duntaxat, & aures inho-
nesto vulnere, totum vultum scelera faci-
unt monstrosum. Nouisse militem se ali-
quando scribit Ioannes Nider, cuius vxor **Ioan. Ni-**
pulchrior, quam castior, cum Helena **der lib. 2.**
Formica-

R 4

quam rij. c. 10.

quām Lucretia esse maluisset, quantum
mente, tantum facie est mutata. Quoniam
igitur adulterij fæditas ex horrido illi vul-
tu eluxit, nec antè desijt videri monstrū,
quām desijt peccare velle. Itaque postquā
pijs mariti monitionibus ad pœnitentiam
& criminis confessionē apud sacerdotem
factam est adducta, lachrymis vnā & pe-
ctoris maculas, & oris dedecus abluit. Si
ad hunc modū eadem in omnibus & men-
tis & frontis esset species, ô quām multos
& multas occurrere nobis monstrosos cer-
neremus! Sed abscondit Deus sæpius de-
formitatem animi, olim coram toto mun-
do detegendam.

§. VIII.

Adulteri & laruatorum monstrofa facies.

Thom.
Cantipr.
lib. 2. de
vniuerso.
cap. 30. p.
40.

Consimile exemplum non jam in vxore
miles, sed in milite vxor experta, ab alio
authore memoratur. Hic enim cùm, in
tempesta nocte, de coniugis latere, ad ad-
ulterium alibi perpetrandum surrexisset,
peractoque flagitio, luna clara, rediisse
faciem venientis vxor per fenestram intui-
ta, horrificè cæpit exclamare. Ad eum cla-
morem, vt fit, vndique & ancillæ è cubi-
culis, & famuli de stabulis concurrerunt.

Nec